



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

25. De Hæmorrhossa tactu vestis Christi sanata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE CVRA
TIONE HAEMOR-
ROISSAE AD TACTVM
VESTIS CHRISTI.

MEDITATIO XXV.
EVANGELIVM.

Matth. 9.
Mar. 5.
Luc. 8.

QVM iret Iesus cum discipulis suis, sequebatur eum turba multa, & ab ea comprimebatur; & ecce mulier quaedam quae fluxum sanguinis patiebatur, duodecim annis, & fuerat multa perpeffa a compluribus Medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de IESU, venit in turbametro, & tetigit simbriam vestimenti eius, dicebat enim. Quia si vel vestimentum eius tantum tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius & sensit corpore, quia sanata

CHR
sua esset a
in semeti
que exie
bam, aieba
fimenta n
nibus, d
erant. Pr
munt, & t
me tetigit
aliquis, na
me exisse.
cam, quae
mulier, q
tremens
des eius,
populo,
cum, &
sanata est
de filia, si
de in pac
Scrip
Siger
tos fuisse

na esset à plaga. Et statim IESVS
in semetipso cognoscens virtutem
quæ exierat de illo, conuersus ad tur-
bam, aiebat. Quis est qui tetigit ve-
stimenta mea? Negantibus autem o-
mnibus, dixit Petrus & qui cum illo
erant. Præceptor, turbæ te compri-
munt, & te affligunt: & dicis, quis
me tetigit? Et dixit IESVS: tetigit me
aliquis, nam & ego noui virtutem de
me exisse. Et circumspiciebat videre
eam, quæ hoc fecerat. Videns autem
mulier, quia non latuit, timens ac-
tremens venit & procidit ante pe-
des eius, & indicauit coram omni
populo, ob quam causam tetigerat
eum, & quemadmodum confestim
sanata est. Ille autem dixit ei, Confi-
de filia, fides tua te saluam fecit, Va-
de in pace, & esto sana à plaga tua.

FIGVRA.

*Scriptum est in lege, omnes qui te- Lem. 6.
tigerant carnes sacrificij, munda-
tos fuisse & sanctificatos.*

S 3 CON-

R A.
MOR-
ACTVM
STI.
XXV.
VM.
us cum di-
sequebatur
ultra, & ab-
ebatur; &
quzda quæ
tur, duode-
per pessa à
erogauerat
n profecto
ebat: cum
n turbare
vestimenti
i vel vesti-
ero, salua
st fons san-
e, quia sa-
nata

CONSIDERATIONES.

Luc. 1.

CONSIDERA, quomodo Dominus omnibus temporibus & locis in mari & terra, in Synagogis, & domibus priuatis, imò in ipsis itineribus, nequam abstinuerit ab operibus misericordiae, nunc docendo, nunc subuenedo necessitatibus eorum, qui ad ipsum recurrerant. Dum ergo circumdatus turba iret cum Principe Iudaeorum ad suscitandam eius filiam, Ecce mulier quaedam, graui & incurabili morbo oppressa, partim fama miraculorum CHRISTI permota, partim à Domino ipso illuminata, tantam captiua habere fidem de virtute & potentia CHRISTI, vt nulla habita ratione sui sexus, nec infirmitatis, qua secundum legem vetabatur adiungere se alijs, miscet se turbis, vt clanculum saltem attingat Dominum. Vide, quomodo haec prudens mulier, partim pudore reuocetur, ne manifestet Domino suam infirmitatem, partim ab ipsa infirmitate compellatur refugere ad Dominum; & quomodo ex humilitate, reputans se ob immunditiam eius in conspectu indignam, à tergo eum accedat. Quid enim faceret aliud, à medicis terrenis deserta, quam perferre ad

omodo Domini
 oribus & locis
 ogis, & domi
 itinibus, mi
 eribus miseri
 unc subuenie
 qui ad ipsum
 circumdatus
 Iudæorum a

Ecce mulier
 ili morbo op
 miraculorum
 partim a Do
 tantam capi
 e & potent
 habita ratio
 atis, qua se
 r adiungere
 et clanculum
 a. Vide, quo
 , partim pu
 fester Domi
 rtim ab ipsa
 refugere ad
 x humilita
 ditiam eius
 go eum ac
 aliud, a me
 n perflugere
 ad

ad caelestem? & quæ spe omni in ho-
 minibus collocata exciderat, quam
 fiduciam deinceps collocare in Deo, à
 quo solo uti fonte & origine omnis
 salutis, consequi poterat sanitatem?
 Verum perpende humilitatem, deuo-
 tionem, & fidem huius mulieris, quæ
 cum esset vicina Christo, tamen se cen-
 suit indignam, quæ vel sanctum cor-
 pus, vel pedes, vel etiam vestimenta
 eius attingeret, & ideo tantum vesti-
 um extremitatem attigit. O quan-
 tam illa virtutem declarauit inesse
 corpori Domini, quæ tantam quæsiuit
 in simbria vestimenti? & quam sælices
 nos, qui non vestem modo sed corpus
 etiam Domini toties attingimus & in-
 tra nos sumimus. Sed heu, sicut atta-
 ctus Christi illius morbo fuit reme-
 dium & antidotum, sic multis indignè
 Christum tangentibus & sumentibus
 vertitur in exitium.

2. IESVS itaque conuersus ad tur-
 bas dixit. *Quis me tetigit?* Vide quomo-
 do bonus IESVS rem dissimulet. Vide,
 quomodo omnium conscius, imo qui
 in corde mulieris omnia operabatur,
 & sciebat ei sanitatē redditam, ex indu-
 stria subsistat, & quasi ignarus omniū
 coram turba etiā subsistente, pereon-

tetur. *Quis me tetigit?* Hic considera, bonam mulierem affare attonitam, tum ex lætitia sanitatis recuperatæ, tum ex admiratione, qua ratione Christus à turbis pressus leuem illum suæ vestis contactum persenserit, tum etiam ex timore, ne re patefacta coram toto populo confunderetur; Dixerunt ergo discipuli ad IESVM. *Turba te comprimunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit?* Vide quàm simplices erant discipuli, & quantum humani adhuc patenter, dum non intelligunt, de quo tactu Christus loquatur. Rectè tamen dicebant, cum à turbis comprimi, & affligi. Iudæi enim modica fide sua comprimebant eum, dum crederent eum tantum esse hominem, aut vnum ex Prophetis; sequebantur autem partim ex curiositate, partim ex proprii commodi cupiditate, partim etiam ex malignitate. Premebat quoque Christum ille Iudæorum Princeps, dum eum duceret ad suscitandam suam filiam, atque si non posset eam absens, solo verbo, vel voluntatis suæ imperio resuscitare, Premebat eam & filia defuncta, quæ in persona Synagoga, iacens magna parte in ignorantia tenebris per suos antiquos Patres, desideravit

ruit adu
ab eo fide
tius quàm
in ipso i
delapsus
terra, dum
ditas don
neri suo c
est; quæ i
Saluatori
vestem fi
gratiæ &
illi vari
eius Deo,
Æthiop
bit, exem
benedict
sicut hæc
filia illius
Ecclesia
postolus
goga, ob
uenerat

3. VE
conatur
proxim
tionem
bili eius
ut spec

onfidera, bo-
 nitam, tum
 ata, tum ex
 e Christus a
 suae vestis
 m etiam ex
 um toto po-
 erunt. 23
 be te compi-
 is me retigat
 discipuli,
 e pateren-
 e quo tadu
 men dice-
 ai, & affli-
 sua com-
 erent eum
 vnum ex
 m partim
 prii com-
 etiam ex
 que Chri-
 s, dum
 suam fr-
 abfens,
 ae impe-
 & filia
 magoga,
 antia re-
 s, deside-
 raui

ruit aduentum Saluatoris, expectans
 ad eo fide imperfecta temporalem po-
 nitus quam spiritalem salutem: Sed ecce
 in ipso itinere, dum Filius Dei è caelo
 delapsus, ambularet, homo factus, in
 terra, dum veniret quæsiturus oues per-
 ditas domus Israhel, ab hac muliere vul-
 neri suo quærente medelam, præuenta
 est; quæ in persona gentium, diuinam
 Saluatoris confessa potentiam, eiusque
 vestem fide viua contingens, ab eo vim
 gratiæ & salutis hausit conuenienter
 illi varicinio. *Aethiopia præniet manus*
tuas Deo, hoc est, Populus gentilis per *Psal. 67.*
Aethiopiam præfiguratus, præoccupa-
bit, exemplo Iacob filij minoris Isaac, *Gene. 27.*
benedictionem filii maioris. Quare,
sicut hæc mulier prius sanata est, quam
filia illius Principis, sic prius per fidem
Ecclesiam ingredietur, vt loquitur A-
postolus, plenitudo gentium, quam syna- *Rom. 11.*
goga, ob quam Christus præcipue ad-
uenerat.

3. VERISIMILE est, dum quisque
 conatur Saluatori, pro virili sua, esse
 proximus, tum ob eximiam consola-
 tionem, quam percipiebant ex ama-
 bili eius vultu, & verbis dulcibus, tum
 vt spectarent coram eius miracula,

illum adeo compressum fuisse, ut vix
 in itinere progredi posset: non secus,
 quam oves familiae cōspectum pasto-
 rem suum, à quo pasci solent, circua-
 dant, & dum quæque conatur esse ve-
 cinior, illum constringunt, ut vix loco
 se commouere queat. Non habebat
 benedictus IESVS, nec famulos, nec
 aulicos, qui summouerent turbam,
 cumque tuerentur; pergebat non se-
 cus atque vnus de populo, & licet op-
 pressus à turba, nunc in hanc, nunc in
 illam partem impelleretur, tamen ta-
 cebat, non irascebatur, nec quereba-
 tur. O quot hodiè existunt; qui sicut
 multo minore reuerentia, quam hæc
 turba, se Christo adiungunt, ita gra-
 uius quoque diuinos eius oculos affli-
 gunt & offendunt, ut merito verba illa
 prophetica vsurpare possit, *Laboranti se-
 stinens*: quare timendum est, ne qui
 iam tacet, postea, ut minatur per eun-
 dem prophetam, loquatur instar mu-
 lieris parturientis. Huiusmodi con-
 stringunt quidem, & cum molestia
 premunt humeros Domini, sed verè
 cum non tangunt. Licet enim nomi-
 ne profiteantur se esse eius sectatores,
 & honorent labijs, opere tamen &
 corde longissimè ab eo absunt. At
 hæc

41.

fuisse, ut
 r: non fecit,
 lectum pasto-
 lent, circua-
 natum esse vi-
 t, ut vix loco
 Non habebat
 famulos, nec
 ent turbam,
 bat non se-
 & licet op-
 ne, nunc in
 , tamen ta-
 ee quereba-
 ; qui sicut
 quam ha-
 nt, ita gra-
 culos affli-
 o verba illa
 Laboravi su-
 t, ne qui
 r per eun-
 nstar mu-
 odi con-
 molestia
 sed verè
 m nomi-
 etatores,
 amen &
 unt. At
 hæc

hæc sancta mulier, quæ tanta fide, re-
 uerentia & humilitate adiunxit se Chri-
 sto ad tangendum eius vestem, tetigit
 quoque eum corde, & ideo contactus e-
 ius, præ alijs fuit à Christo notatus.

4. I A M verò bone I E S V, quid
 dissimulas? quid rursus inquiris?
 quid respicis undique, ut agnoscas
 eam quæ te tetigit, ausaque fuit sine
 facultate tua occultè tibi quasi subri-
 pere virtutem: An forte, quia iniu-
 ria te aliqua affecit, vis eam asperius
 coarguere, aut conscientia eius scrup-
 ulum iniicere, quasi sacrilegium
 tangendo in immunditia sua sacram
 personam, commiserit? Verùm lon-
 gè aliæ erant, dulcis I E S V, cogitatio-
 nes tuæ: nam tantum abest, ut famula
 tua hoc facto te offenderit, ut etiam fe-
 cerit rem laude dignissimam, tibi que
 gratissimam. Quid enim aliud fuit
 tam humili confidentia te attingere,
 quam cordi tuo amoris vulnus in-
 fligere? Vnde merito poteras illi re-
 spondere verbis Sponsi. *Vulnerasti cor Cant. 4.*
meum soror mea sponsa in vno oculorum
tuorum, & in vno crine colli tui. Nam
 verè illa te tetigit, & in corde vulne-
 ravit, respectu illius fidei magnæ, quæ
 per amorem iam coeperat operari

in ipsa, & humilis deuotionis crine se
te ligauit, vt nihil licet petens, omnia
quæ voluit à te impetrarit. Quare rectè
dixisti, exisse à te virtutem, atque si su-
pre sponte, sine vllò tuo mandato aut
consensu exisset. Vt enim, legimus,
incredulitatem Nazarenorum ita li-
gasse tibi manus, vt quamuis velles,
non posses tamen inter eos facere mi-
raculum; sic huius mulieris fides, habuit
vim, vel potuit, sine tuo manifesto vel
mandato, vel assensu, ex te virtutem il-
lius miraculi pro salute sua haurire, &
expromere.

5. **M V L T I S** de causis Dominus
voluit factum huius mulieris, & resti-
tuta ei sanitatis miraculum patefieri.
Primò ad laudem & gloriam Patris
cælestis, quam **C H R I S T V S** in o-
mnibus operibus suis, tanquam pri-
mariū finem quærebat. Secundo,
pro ædificatione & auxilio circum-
stantium, vt fidei æquè ac deuotionis
exemplum in ea imitarentur. Tertio,
vt tam ipsa, quàm alij cognoscerent,
ipsum esse consciū omnium, ni-
hil quamuis occultum ipsum posse la-
tere, atque vt Iudæi cognita ex mira-
culo diuina eius virtute, facilius per-

nis crine sic
tens, omnia
Quare recte
atque si su-
mandato aut
, legimus,
rum ita li-
nus velles,
facere mi-
des, habuit
nifetto vel
irtutem il-
haurire, &

Dominus
, & resti-
pate fieri.
m Patris
V S in o-
uam pri-
ecundo,
circum-
otionis
Tertio,
cerent,
n, ni-
osse la-
& mira-
us per-
MO.

mouerentur ad fidem & doctrinam
suam recipendam. Quarto, vt Prin-
ceps, quem comitabatur ad resuscitan-
dam eius filiam, qui erat adhuc imper-
fectus in fide, amplius confirmaretur
& animaretur. Denique id voluit fa-
cere Dominus, vt mulieri illi humili
confessione accresceret meritum, &
parefacta eius virtute maiore honore
& laude afficeretur: Proprium enim
Dei est, suos seruos honorare, & humi-
liantes se exaltare.

6. HAEC mulier animaduertens se
non posse latere, tota timore plena, &
tremens, atq; si furtum admisisset, ab-
iecit se ad Domini pedes, narrans rem
totam, vti contigerat. O mulier deuota
si tantam fidem habuisti de virtute &
potentia Saluatoris, cur nunc tremis, &
non potius confidis in eius bonitate,
misericordia & benignitate? Neque e-
nim hic Dominus minus misericors
est, quam potes, nec minor est eius bo-
nitas, quam virtus. Si ergo credis eum
posse tibi afferre salutem, credere quo-
que debes eum tibi libentissime velle
eam dare. Quare non debes timere, atq;
si eum offendis, sed potius gaudere,
quod dederis ei occasionem hoc bene-
ficium praestandi. Ideo enim de caelo

in terram descendit, ideo carne nostra se vestiuit, vt nos opū, beneficiorumq; suorum faceret participes. Quid ergo pergis cōtremiscere, cum ille, plusquam tu, desideret tuam salutem, & plus reletetur de tua sanitate, Tu enim tantū ex proprio amore, & tui cōmodi causa mota es ad eam expetendam, at ille ex immensa sua bonitate, & infinita caritate ac misericordia non solum tibi, sed etiam omnibus cupit impertiri eternam salutem. Itaq; qui restituit corpori tuo sanitatem, is etiam menti tuę infudit fidem, vt non solum à corporis sed etiam ab animæ infirmitate liberare ris.

7. IESVS ergo circūspiciens, vt vidit illam dixit. *Confide filia, fides tua te saluam fecit.* Vide quam suauiter oratione dominus hanc mulierem alloquatur, quomodo soletur, quam copiose præteritos dolores & afflictiones compenset: satis illa gaudij ex recuperata sola sanitate acceperat, sed satis non fuit Christo. voluit nouam illam consolationem ei adiungere, vt ex appellatione filię intelligeret se non tantū corporaliter sed etiam spiritaliter sanatā. Dixit ergo, vt consideret, non quod illi deesset fiducia, sine qua non implorasset

CH
sed eius
cum vid
perculsa
nimar
ret, & pe
tia. Dein
ua, quæ
ua fecer
loquens
nisi exp
peccato
ad se re
rus, se
piat? T
miseric
se non
mam a
& cor
tim ei c
& auxili
que pe
dum ta
non ha
uitute
tiones,
huius
tam
num,
lectori
ius iu

carne nostra
 deficioremque
 Quid ergo
 le, plusquam
 , & plus te
 u enim tantu
 modi causa
 m, at ille ex
 finita can-
 solum tibi,
 bertini eter-
 tuit corpo-
 enti tuæ in-
 à corporis
 ate liberare

spiciens, vt
 fides tua te
 ni oratione
 loquatur,
 piose pre-
 s compen-
 erata sola
 s non fuit
 consolati-
 ppellatio-
 tū corpo-
 atā. Di-
 quod illi
 implora-
 set

sed eius auxilium, sed voluit dominus,
 cum videret tanto timore & verecūdia
 percussam, suauitate illa verborum a-
 nimare illam, & addere vires, vt cresce-
 ret, & perseveraret in priori confiden-
 tia. Deinde vocat filiam, quia fides vi-
 ua, quæ erat in illa, iam ex ancilla & ser-
 ua fecerat filiam. Quid verò aliud hac
 loquendi formula Dominus voluit,
 nisi exprimere, quanta benignitate
 peccatorem humilem & compunctum
 ad se refugientem, non vt iudex seue-
 rus, sed vt clementissimus Pater reci-
 piat? Tam dulcis & tam amabilis ac
 misericors est Dominus, vt continere
 se non possit, quin vbi aspexerit ani-
 mam aliquam timore Dei concussam,
 & cor contritum & humilitatum, sta-
 tim ei occurrat cum sua consolatione
 & auxilio. O filij hominum, quous-
 que pergitis diligere & sectari mun-
 dum tam sauum tyrannum, à quo
 non habetis aliud expectare, quam ser-
 uitudinem acerbam, & continuas vexa-
 tiones, & cruces: quin potius exemplo
 huius mulieris sequamini Christum
 tam bonum & amabilem Domi-
 num, qui suos non seruorum sed di-
 lectorum filiorum more tractat: cu-
 ius iugum suauis, & onus leue est, *Matt. II.*
 qui

qui reficit omnes laborantes, & releuat omnes oneratos, & multitudine suarū consolationum exhilarat omnes marcentes & afflictos.

8. O animæ infirmæ, quæ cupitis sanari à Christo; considerate, si ille non solum manuum sacrarum, sed etiam vestis suæ tactu, dū adhuc in vita mortali esset, restituit omnibus corporis sanitatem, cum scriptum sit, omnes quot quot cum tetigissent, à quacunque infirmitate fuisse liberatos: multo magis nunc, cum immortalis & gloriosus existit in sanctis. Sacramento, restituet sanitatem animi ijs, qui cum deuotione se ei adiungunt, & viua fide eum in illo tangunt. Et si tunc curabat corpora infirmorum, nō solum propter corpora, sed etiam propter animas, quanto potius curabit animas ipsas, quæ auxiliij & salutis causa ad illum recurrunt. Certum est, si dominus nobis reliquisset illam fimbriam, ab hac muliere contactam, totus mundus magna deuotione curreret ad eam tangendam. Iam cum in hoc diuino sacramento, non reliquerit nobis fimbriam vestis, nec sacri sui corporis partem, sed se totum hominem & Deum, cur non accurrimus, cor non abijcimus nos ad ipsius pedes?

LUC. 6.

pedes: Ecce Medicus noster presens est, expectat nos & inuitat, vt ad se veniamus pro remedio, cuius virtus tanta est, vt possit prestare, quicquid velit, & simul bonitas tanta, vt nesciat cuiquam postulata negare, à nemine abhorret, neminem respuit, omnibus aperit & dilatat misericordiae suae sinum. Quate si cum vero dolore, & efficaci desiderio vitae emendandae nos illi adiunxerimus, & humili fiducia tetigerimus exhibet procul dubio ab eo virtus, qua ab omni infirmitate perfecte liberabimur.

COLLOQVIUM.

ORABIS CHRISTVM Dominum, vt sicut mulierem illam à fluxu sanguinis sanauit, quia magna fide attigit fimbriam vestimenti eius, ita dignetur tibi largiri tantam fiduciam, vt abiectus ad pedes misericordiae eius, diuinæ suae gratiae tactu ab omnium peccatorum sordibus libereris, nec velit intrare tecum in iudicium, & antiquarum iniquitatum recordari, sed potius antiquae suae misericordiae memor, te velit benignis suis oculis respicere, & dicere, quod huic mulieri dixit. *Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.* *Psal. 142.* *Psal. 24.*

DO-

MULIER Hemorrhoiſſa retrò accedens
Christum & infimam veſtis partem
attingit, ac ſi digna non fuiſſet ullam aliam
partem tangere, ut doceret peccatorem, quomodo
adire debeat Christum ad obtinendam animæ
ſuæ ſalutem. Primo cum verecundia, ut obſe-
ditatem peccatorum non audeat ſe ſiſtere pre-
ſentia Domini. Secundo cum humilitate, ut
reputet ſe indignum gratia ſua & amicitia,
exemplo publicani, qui ſtans à longè, non
audebat oculos ſuos attollere in cælum, ſed per-
cutiens pectus ſuum dicebat. Domine propi-
tius ſis mihi peccatori.

LUC. 19. 2. Turba premebant Christum, mulier
autem hæc tantum tangebatur illum. Multi com-
primunt & conculcant Christum, ſed pauci
tangunt. Comprimunt, qui exigua fiducia in
Deum invocant, vel corde indevoto, aut mente diſtra-
cta preces ſuas recitant; & qui bona opera, non
ex puro Dei amore, vel propter Dei gloriam,
ſed ob finem aliquem humanum faciunt.

3. DE hac muliere dicit Euangelium. Pri-
mo, quod cum fide acceſſerit Christum. Secun-
do, quod locuta ſit intra ſe. Tertio, quod tui-
gerit, & tangendo ſit ſanata. Ut ſignificaret
in his tribus, nempe in verbis, fide, & operi-
bus totam noſtram ſalutem conſiſtere, hoc eſt,
in audiendo verbo Dei, in credendo, & bene
operando.

4. Mulier

T A.

iffa retrò accub
vestis partem
llam aliam par
torem, quom
inendam anima
cundia, ut ob
at se sistere p
humilitate, ut
ua & amicitia
longè, non an
elum, sed per
Domine pro

ms. mulier at
Multi con
m, sed pauci
a fiducia in
mente distra
ona opera, ut
Dei gloriam,
faciunt.
angelium. Pri
tum. Secun
io, quod tei
t significat
e, & operi
ere, hoc est,
lo, & bene
4. Mulier

4. Mulier hæc non quamlibet vestis par
tem attingit, sed tantum fimbriam, quæ est ex
trema eius pars. Vestis Christi significat san
ctæ eius vitæ conuersationem, quæ etsi mul
tum prodesse possit omnibus, qui eam volunt
imitari tamen extrema eius pars, quæ est sa
ctæ eius passio, longè efficacior est ad omnes
infirmiuitates nostras spirituales sanandas, si eam
cum humilitate & deuotione attigerimus,
nempe meditando & imitando.

5. Hæc mulier primo cogitauit intra se &
proposuit tangere vestem Christi, sed non re
cepit sanitatem, nisi quando re ipsa tetigit: sic
nobis ad consequendam salutem satis non est,
habere bona desideria & proposita, nisi retrò
adeamus Christum, & manum operi, imitan
do sanctam eius vitam, ad moueamus.

6. Mulier tactu fimbriæ liberata fuit à
sua infirmitate, non quod virtus illa fuisset
in fimbria, sed quod exierit è corpore Christi.
Quilibet fidelis est fimbria vestis Domini,
quia est membrum vel pars Ecclesiæ suæ per
vestem Christi significat. Quando ergo bono
opere nostro præstamus beneficium alteri, non
debemus nobis talem virtutem attribuere,
sed Christo auctori; cuius vestis fimbria su
mus.

7. CHRISTVS sanitatem restituit mulierem
non suæ virtuti, sed fidei mulieris attribuit,
ut doceret nos non debere nos in bonis operi
bus

bis nostris quævere vel prædicare laudes nostras, sed solam laudem & gloriam Dei.

8. Multi sequebantur Christum & tangebant, sed vna tantum mulier fuit sanata. Paterat Dominus sanare omnes, sed quia non se adiungebant illi ea fide & deuotione, quæ oportebat, non consequerentur salutem. Nos ergo qui toties adimus altare Domini sancti, videamus qua deuotione & preparatione ad eam, & rogemus Deum, ne simus in numero eorum, qui tangunt quidem Christum, sed nullam ab eo recipiunt salutem.

9. Hæc mulier, cum omnia media & remedia tentasset, suæque omnia in Medicis expendisset nec aliud ei refugium superesset à Christo sanata est. Hanc viam & rationem Deus tenere solet in curandis nostris necessitatibus, vt quando homo venit ad extrema, & omni destituitur auxilio humano, suppeditet diuinum: idque facit, & auxilium ab eo profectum non alij, quam diuine eius presentie adscribamus, & illum solùm gratie auctorem recognoscimus.

DE

